HIERONYMUS
Salzburg, St. Peter, Ende 8. Jh. Seite 117v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8453
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



quae uere misera est.
÷ Beatus qui retribuet tibi retribu
÷ tionem tuam quam retribuisti nobis
beatus est qui retribuet ei quod
ipsa fecit. uerbi gratia eiecit me
de paradiso ego illam per abstinentiam
reduco ibidem decepit me infor
nicationem. ego per castitatem
reduco illam in hierusalem et ex
uitiis in uirtutem ergo non ut inimi
cus facio sed ut amicus.
÷ Beatus qui tenebit et allidet paruu
÷ los tuos ad petram. paruuli dicun
tur cogitationes uerbi gratia
uidi mulierem concupiui eam
Statim non abscidero concupiscentiam
illam et sicut pedem tenuero et
allisero ad petram donec par
ua est concupiscentia. non potest
postea abscidi quando cre
uerit. beatus ergo est qui statim
abscidit et alliditeam ad petram
petra autem est xpus.
FINIT DE PSL CXXXVI
INCPT DE PSALMO CXXXVII.
÷ Confitebor tibi domine
÷ in toto corde meo
qualia sunt uulnera
tale et emplastum
quemammodum
enim corpus habet uulnera di
uersa ita et anima habet suas
passiones et sua uulnera et ad
uersus peccatum tale et peniten
tiam debemus agere.
Si quis pro omnibus peccatis suis con
fitetur iste in toto corde confi
tetur domino uerbi gratia formatus ÷
aliquis confitetur pro fornicatione
Sed quoniam est aut auarus aut iracundus
aut detractor aut blasphemus
et plurima uitia habet iste non con
fitetur ex toto corde.
Si quis autem pro omnibus uitiis et passio
nibus animae suae agit penitentiam
iste potest dicere. confitebor
tibi domine in toto corde meo.
÷ Quoniam audisti uerba oris mei.
iste uersiculus in hebreico non
habetur ceterum quod dicit hoc est
propterea confitebor tibi in toto
corde meo hoc est pro omnibus uitiis
meis et peccatis quoniam non pro uno uitio
confessus sum tibi et exaudisti me.
÷ Et in conspectu angelorum psallam tibi
uide perfectionem penitentis.
quia post confessionem et peni
tentiam cum angelis meretur
psallere. quia autem psallit iam
non agit penitentiam sed gra
tias agit et benedicit.
÷ Adorabo ad templum sanctum tuum.
si hoc est templum quod nunc
uidetur desertum in quo oportet
adorare. ergo non debent adorare
iudei.